

PANEGYRICVM  
CELEBERRIMÆ VRBIS ANTVERPIENSIS  
CVM  
IVSSV SACRI SENATVS  
PRÆCIPVI DOCTORES MEDICI  
ERIGERENT  
PHARMACIAM  
CLARISSIMAM ARTIVM LIBERALIVM  
REGINAM.

1660.

**A**NVERSA an verſa es ? rutilas velut altera *Phæbo*  
*Coa* potens, medicis multiplicata vitis.  
Omnibus exſuperans, non verſa aduerſa tulifti,  
Atque ita nunc rutilas ſic ſicut intus eras.  
Intus eras cumulata bonis, vt baſſamus orbis  
Vt phenix Arabis *Imperialis* auis.  
Omnibus ex oris in te datur omne venuſtum,  
Et quæ ſunt *Charitum*, cælitus omne bonum.  
Si bona naturæ intuear pulcherrima rerum es,  
Si bona fortunæ, nulla ſecunda tibi.  
Cætera quid referam ? virtutes congeris omnes,  
Gratia magna poli, gloria magna ſoli.  
Sed ſicut in puro fulget carbunculus auro  
Sic nitet in ſolio *Pharmacopeia* ſuo.

In

In solio quoniam genuinæ *Artes Liberales*,  
Hanc sibi *Reginam* iure habuere suam.  
Cum qua cuncta valent, sine qua prodesse nequibunt,  
Cum qua constabunt stante, cadente cadunt.  
Quam bene formatum, Sacro mandante Senatu,  
Firmarunt Medici principe in Hyppocrate.  
*Grammaticus*, *Rhetor*, *Logicus*, *Geometra*, *Pictor*,  
*Musicus*, *Astrologus* diliget artis opus.  
Jam vegeti, atque hilares current ad scamna Scholares,  
Dum sua *Grammatici* grammata prima legent.  
Cognæa lætè cantabunt voce *Poëta*,  
Musica dulcisonè, flamine, voce, fide.  
Non *Amaranthæum* mutuabunt picta colorem,  
Viuidus ast Medici confluet arte color.  
Securus merces mittet mercator ad Indos  
Et numero innumeras multiplicabit opes.  
Lydius inuentus, securæ inuenta salutis  
Est *petra*, *Philosophus*, non puto, *Zelotypus*.  
Florebunt *Sophiæ* partes, ac docta *Matheſis*,  
Cui theſis, ut Medico, sit microcosmus, homo.  
Jura *Magistratus*, sacro veneranda, cothurno,  
Congrua dictabunt, & sua cuique dabunt.  
Sancta *Sacerdotes* regales dogmata spargent,  
Voce Evangelica, clarificante tuba.  
Et sic de reliquis, vbi *Pharmacopeia* in honore,  
Cætera cælesti rore, & amore beat.

f

Finio

Finio cum voto votorum totius Orbis,  
Floreat immensos *Pharmacopeia* dies.  
Viuite diu *Proceres, Doctores* viuite cuncti,  
Non finet, ô *Medici*, vos *Medicina* mori.

*CHRONOGRAPHICA.*

Floreat regina *Medicina* ant *Verpiensis*.  
*MUSICæ* *Infatigantes Delitæ*:  
*Elementares pictoriæ* *DIVITIA*:  
*geometricæ* *visione* *Dioptra*:  
*Ingeniositate* *Mundanæ* *Logica*:  
*Astrologiæ* non *Diminuta scientia*:  
*Rhetoricæ* *fundamentalis* *perorationis* *gratia*:  
*Florentia*, *In Vna regina Medicina*:  
*arte & Ingenio* *sophia*, *ac* *LVDIMagistra*.

*Accinebat*

*Pastor suburbus*

*SIMON DE CLERCO*

IN